



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

39 Lambertus Imperator, proditoriè occisus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

rannicè sibi usurparat, ut per eundem Baro. ann. 892 §, eodem anno.

Quia verò Joannis Papæ Octavi animus erga Carolum Crassum, Ludovici Germaniæ Regis filium propensior erat, post Ludovicum secundum, eundem Carolum Romæ anno 881. in Imperatorem coronavit, idem Baro. ann. 879, §, cum Ludov. juncto ann. 881, §, hoc pariter, & Aym. 36 de reb. gest. Franc. lib. 5, c. 60 prope fin.

32 Carolo de medio sublato, Arnulphus Caroli Magni Regis filius eidem Carolo Crasso, repudiato à suis, in Regno non in Imperio successit, ut post Reginon. & alios, Baro. ann. 888, in princip. & §, eodem anno, & Vuido, aliàs Guido Ducis Spoleti filius Imperium occupavit, ut per Reginon. quem sequitur Baro. eodem annual. 888, §, qui autem, qui postea à Papa Formoso fuit coronatus, reprobata opinione scribentium, quòd eidem Carolo in Imperio successerit Arnulphus, pro Frodoard. in Histor. Rhemen. lib. 4, cap. 2, & Baro. in dièl. §, qui, autem juncto ann. 892, in princip.

33 Demum Lambertus † ejusdem Guidonis Imperatoris filius ab eodem Formoso Papa in Imperatorem inunctus fuit, Baro. ann. 893, §, ad postremum, & quòd Arnulphus non fuerit legitimus Imperator, sed nulliter coronam Imperialem ad huc Guidone Imperat. in humanis agente surripuerit pluribus probat idem Baro: ann. 986, & hac de causa cum Guido Im-

34 perator † Arnulphum insequeretur. juxta fluvium Tarum defunctus fuit, quo anno Arnulphus etiam, morbo pediculari decessit, ut post Luitprand. lib. 1, cap. 9, & 10, tradit Baro. ann. 899, tom. 10.

35 Arnulpho successit Ludovicus filius, 39

& Ludovico Chunradus Arnulphi ex alio Chunrado nepos, in quibus finem habuit progenies Caroli Magni in linea Regum Germanorum, ut post Abba. Ulpergen. tenet Bellarm. de translat. Imper. Rom. in: lib. 2, cap. 1, & post alios antiquos chronographos Baro. ann. 912, circa fin. eodem tom. 10.

36 Eodem tempore de Imperio in Italia inter Berengarium Ducem Foroliviensem, & Ludovicum Bosonis Comitis filium acerrimè certatum, post plures congressus, Ludovicus Berengarium fugavit, & Romam ingressus, à Stephano Papa Quarto coronatus Imperator, Ludovicus Quartus, fuit appellatus qui usque ad annum 904, imperavit, ut per Baro: annal: 900, in fin. quo tempore ab eodem Berengario in prælio victus, & captus,

37 Imperio, & oculis privatus fuit & Berengar. Romam armatus, exercitu accedente, coronam Imperii à Joanne Papa IX. violenter extorsit, sicque tyrannicè Imperatoris nomen sibi vendicavit, quo recedente, Lamberto Guidonis Imperatoris filio Romam vocato, qui aliàs in Imperatorem fuerat inunctus, impera-

38 toria corona solemnibus † ritibus ab eodem Pontifice fuit coronatus, & Synodo Episcoporum Romæ collecta, in eodem conventu patrum utriusque Regis causa proposita, & utriusque jūribus examinatis, in eam sententiam ab omnibus itum est, ut Berengarii coronatio, tamquā vi extorta penitus abrogaretur, Lamberti verò, in quem libera vota Rom. Pont. conspirassent, legitima esse judicaretur, ut per Baro. ann. 904, in princ. qui anno 7, sui Imperii pluribus laudibus exornatus, ab

39 Ugone † Comite Mediolan. in venatio-

- ne occultè necatus fuit. ut per Luitprand. *lib. 1, c. 10, quem sequi.* Baro. *ann. 910, in prin.*
- 40 Lamberto mortuo, Berengarius summa rerum potitus est, & anno 915, à Jo. Papa X. Romæ in Imperatorem inunctus fuit, ut post Sigo. *de Reg. Ital. lib. 6, Baro. annal. 915, §, quod ad Ioan. & imperavit usque ad annum 924, quo à suis † fuit occisus* ut post Luitprand. & Froffard ejusdem temporis accuratum chronographū, ut testatur Bart. tenet idem Baron. *anna. 924, in princ.* & deinde pluribus annis vacavit Imperium, donec auctoritate Pontificia in Othonem Regem Saxonum ad Germanos fuit translatum, ut per Belarm. *de transl. Imper. Rom. lib. 2, cap. 1, in fin. & cap. §, accedant, etiam in fin. & Genebrar. chron. anna 912, pag. 320.*
- 42 Interim in Gallis proceres Francorum, Carolo simplici Rege relicto, elegerunt Robertum Comitem, Regem, quem solemniter Archiepisc. Rhemensis unxit, ut post Froffard. Baron. *annal. 923, §, hoc pariter, & sequenti anno Carolus cum exercitu contra Robertum imparatum irruens, conflato prælio, illum necavit, ac Hugone filio ad patris vindictam cum exercitu parato, Carolus fuga sibi consuluit, & demum dolo Eriberti Comitis captus, in carcerem detrusus fuit. Quapropter proceres Regni Rodulp. Richardi filium è Burgundia vocatum, in Regem elegerunt, ut post Froffard. idem Baron. *annal. 923, eod. §, hoc pariter.* Deinde Carol. de carcere educus, & depositus, iterumque in carcerem coniectus, ut per eundem Baro. *anna. 927, in princ.* infra biennium in carcerem decessit relicto Ludovico filio, qui educabatur in Anglia, & interim*
- Rodulf. regnare cepit, ut post Froffard: in *chron. ejusdem anni, Baro. ann. 929, in prin.*
- 43 Rodulfo de anno 936, defuncto dictus Ludovicus Caroli Simplicis filius ab Anglia revocatus ad coronam Regni suscipiendam ab Artaldo Archiepisc. Rhemen. in Regem Francorum coronatus fuit, ut tradit Baro. *annal. 936, §, quo pariter eoque mortuo.* Lotharius ejus filius puer ab eodem Rhemenfi Archiepisc. fuit coronatus, ut per Froffard. *relatum à Baro: anna. 954, §, quo pariter.*
- 44 Decessit Lotharius, cum regnasset annos triginta, relinquens Regni hæredem Ludovicum filium unicum, qui etiam anno sequenti sine liberis decessit, & contempto Carolo patruo, Lotharii fratre, Regnum Francorum ad Hugonem Capetum Ducem Parisiensem delatum fuit, ut post alios Baro: *annal. 986, & 987, in princ.*
- Carolus autem Lotharii frater, & Ludovici patruus, Civitatem Rhemensem proditoriè accepit qua potitus fuit. Bar. *annal. 990, §, eod. anno, & sequenti anno eod. Carolo ab Hugone Capeto Rege capto, præcisus fuit ab eo Regnum Francorum, & Caroli Magni familia finem habuit, ut per eundem Baro. eod. anna. 900, in fin.*
- 45 Regrediendo nunc ad Imperium occidentale, cujus translationis occasione hæc pauca de Regum, & Imperatorum descendencia mihi attigisse sufficiant, mortuo Berengario, Francorum Reges coronam Imperialem non fuerunt affecuti, sed primus eadem imperiali corona post Berengarium, Otho Saxonix Rex, Henrici Regis filius fuit decoratus, qui Romam pacificè